

5415 prope Firmum.

V E T V R I O
A Q V I L A E
V E T V R I A
G R A T I L L A
5 T H A I S · C · F ·
P A T R O N A

G. de Minicis *Giorn. di Perugia* 1838 sem. 1 p. 337 (inde Fracassetti n.; 14 Raph. de Minicis *iscr.* n. 1010).

5416 cippus ornatus. Monteleone rep., est Firmi in museo Miniciano.

V R S I O N I

corona

T · P E T I L I · E X P E C T A T I
P E T R O N I A · E P H A sic
P R O N I S ·
5 V I X · A N V M
M E N · V I I I · D · X
puer sedens cum cane

Recognovi. De Minicis *iscr.* n. 622.

5416a columna, in qua iam cernitur expressus episcopus mitram et bacillum tenens. Firmi in crypta cathedralis ecclesiae.

N
O I
T C

Memorat Ughellius *Ital. sacr.* 2 ed. 2 p. 682. Ed. Catalani de eccl. Firmana (Firmi 1781) p. 81; de Minicis *iscr.* n. 28; Mecchius misit. Lectionem, quam ex hoc fragmento antiqui effecerunt, *Victorinus* Catalanius recte reiecit.

5417 in agro oppidi Montottone nuper rep.

Q V I V T · E G O · M E R I T I S
S V I S · G R A T I A S R E F E R R E
V O L V I · H V I C L I B E R T A S
P A R A T A · F V I T

De Minicis *iscr. Firm.* n. 1088, cui dedit *Vincen- tius Vitali Brancadoro* eques.; *Nardoni* ms.

1 pro QVI requiritur OBIT vel tale quiddam. — 2 post SVIS hiatus adnotatur. — REFERRI traditur.

5418 Belmonte.

V // L I S S E R
V · A · X I I X
I N · F · P · X I I
I N · A · P · X I I

De Minicis ms.

5419 Firmi rep. dum expurgatur piscina anti- qua sub ecclesia S. Dominici MECCHI a. 1865. Est in bibliotheca publica.

M A X · B O · C R I S · K A · M V · I N P · A N T E
S E P · K A · I V N I A S · Q V E · F E C I T · C V M
M A R · A N · X V · E T · P E R I T · P L V S · M I ·
A N · X X X · T A N T V M

Descripserunt. Eug. Mecchi edidit in folio solitario a. 1865; G. de Minicis misit *Henzeno* a. 1866.

Max(ima) bo(na) Crist(iana) ka(rissima) mu- (lier) in p(ace) ante (diem) sep(timum) ka(len- das) Iunias, que fecit cum mar(ito) an(nos) XV et perit plus mi(nus) an(norum) XXX tantum. Tituli cum tam compendiorum ratio offendat quam formulae, maxime *bonae Christianae*, tamen litterae eae sunt, ut qui vidit eum non facile condemnaturus sit.

CXV. FALERIO (*Fallerone.*) *Tribu Velina.*

Falerio oppidum (formam tuentur tituli infra n. 5446 et urbani vol. VI n. 2375 c: . . . *Vettianus Falerion. Pic.* et n. 2379 III 22: *L. Coelius Maximus Falerione* et *Dacicus* vol. III n. 1092: *L. Calvisius L. f. Velina Secundus Falerione*), cives habens *Falerienses* (ita *Plinius* 3, 13, 113, decretum *Domitiani* n. 5420, tituli infra relatus n. 5428 et fortasse *Africanus* quoque vol. VIII n. 4249), *Falerionenses* in solo libro coloniarum p. 227. 256, *Piceni* vocabulum adsumens (nam *Falerienses ex Piceno* sunt in decreto *Domitiani*, *Falerio Picenus* in matricula urbana supra citata) ad exemplum *Firmi* (p. 508) praeter necessitatem¹⁾, apud auctores qui supersunt (citavimus supra) ita commemoratur, ut praeter nomen et fortasse terminos *Augusteos* in libro coloniarum ad *Falerionem* relatos de rebus eius nihil omnino ex iis colligatur. Ubi fuerit, tam nomen oppidi quod nunc est demonstrat quam amphitheatrum et the- atrum aliaque rudera adhuc ibidem conspicua plurimique tituli ibi inventi. Ex iis solis didicimus coloniam fuisse (n. 5428. 5439. 5440. 5445. 5484), quam cur deductam credam ab *Augusto* post bellum *Actiacum*, exposui ad n. 5420. Magistratus sunt *Ilviri* modo nude (n. 5436. 5438. 5439. 5444. 5445. 5449. 5452. 5453. 5455) modo *quinquennales* (n. 5439. 5441. 5443. 5452. 5454) et *aediles* (n. 5439. 5442. 5443. 5444. 5453. 5455; duo *vir aedilitate remissa* n. 5445); quattuorviri qui nominantur in solo decreto *Domitiani* n. 5420 videntur ita poni, ut duoviri et *aediles* coniungantur. Invenitur item *quaestor publi- cae pecuniae* (n. 5439. 5455). Sacerdotes adsunt *augures* (n. 5439.

5459), *flamen Augusti* (n. 5441), *haruspex* (n. 5447), mulier *sacerdos divae Faustinae* (n. 5428). Pro sexviris hic quoque ut *Firmi* adsunt *octoviri Augustales* (n. 5446 cum oppidi nomine adscripto, item n. 5422. 5448) sive *octoviri* nude (n. 5447. 5451), libertini ordinis omnes. Collegia reperiuntur *fabrum* (n. 5439. 5450), cuius collegii nominan- tur *magistri* et *quaestores*; *centonariorum* (n. 5439); *dendrophorum* (n. 5439); *sodalitium fullonum* (n. 5450), cuius *magistri, quaestores, matres* commemorantur; *socii designatores* (n. 5461); denique mentio fit *collegiorum quae attingunt foro pecuario* (n. 5438). Vel ex his ap- paret urbem licet raro a scriptoribus memoratam celebrem satis fuisse et *Firmo* vix inferiorem. *Tribus Faleriensium* communis est *Picentium*, scilicet *Velina*.

Propter auctores vide praefationem *Firmanarum*.

Contribui cum *Faleriensibus* titulos inventos in oppidis *Monte Giorgio*¹⁾ et *Massa*; nam et ex decreto *Domitiani* intellegitur *Firmanos* et *Fale- rienses* conterminos fuisse et tituli ad *Montem Georgii* reperti quae publica habent, redeunt in *Faleriensibus*. Imperatoris autem titulum ibi repertum n. 5432 ex *Falerionis* rudibus eo delatum crediderim.

1) Ei *Flavius Blondus Tignii* nomen imposuit auctores citans *Caesarem* et *Ciceronem*. Nimirum apud *Caesarem* b. c. 1, 11. 42 *Iguvii* nomen in libris corruptum est in *Tigium* vel *Tigium*; item apud *Ciceronem* ad *Att.* 7, 13 b 7 ex *Iqui*, ut recte habet *Mediceus* a m. 1, m. 2 fecit *ingui*. Utroque loco cum editiones antiquae *Tignium* substituissent, id vocabulum antiqui illi cum *amni Tenna* composuerunt retuleruntque ad oppidum *Montis S. Georgii*. Hodie mendis illis dudum sublatis *Tignium* oppidum apud doctos viros quos dicunt nihilominus inconcussum remansit.

1) Nam *Etruriae* urbs non cognominis est, sed *Falerii* dicitur (v. inter alios vol. VI n. 2379 III, 21: *C. Calvius Aprilis Faleris*, quem statim sequitur miles supra dictus natus *Falerione*), cives eius *Falisci*.